Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

indie peccauerit in te. & septies indie conuer
sus fuerit ad te dicens. penitet me. dimit
te illi. Et dixerunt apli dno. Adauge
nobis fidem. Dixit autem dns. Si habueritis
fidem sicut granum sinapis. dicetis arbo
ri moro. eradicare & transplantare in ma
re. & oboediret uobis. Quis autem uestrum
habens seruum arantem aut pascentem.
qui regresso de agro dicet illi statim. transi
recumbe. & nondicet ei. para quod cenem.
& precinge te & ministra mihi donec man
ducem & bibam. & post hec tu manducabis
& bibes. Numquid gratiam habet seruo illi.
quia fecit que sibi imperauerat. Non. puto.
Sic & uos cum feceritis omnia que pcepta
sunt uobis. dicite. serui inutiles sumus.
qd debuimus facere fecimus. Et factum

L. cc. V
m clxxxv.

L. cci. X. Sol